

INTROIT Ps. 76: 19

Illuxérunt coruscatiónes tuæ orbi terræ: commóta est et contrémuit terra. Ps. 83: 2-3. Quam dilécta tabernácula tua, Dómine virtútem! concupiscit, et déficit ánima mea in átria Dómini. Glória Patri et Fílio et Spíritui Sancto, sicut erat in principio, et nunc, et semper, et in sæcula sæculórum. Amen. Illuxérunt coruscatiónes tuæ orbi terræ: commóta est et contrémuit terra.

COLLECT

Deus, qui fidei sacraménta in Unigéniti tui gloriósa Transfiguratióne patrum testimónio roborásti, et adoptiõem filiórum perféctam, voce delápsa in nube lúcida, mirábiliter præsignásti: concéde propítius; ut ipsíus Regis glóriæ nos coherédes effícias, et ejúsdem glóriæ tribuas esse consórtes. Per eúndem Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

(Commemoration of St. Sixtus II, Pope & Martyr, and Sts. Felicissimus & Agapitus, Martyrs)

Deus, qui nos concédis sane in Mártyrum tuórum Xysti Felicíssimi et Agapíti natalítia cólere: da nobis in æténa beatitúdine de eórum societáte gaudére. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

EPISTLE 2 Peter 1: 16-19

Caríssimi: Non doctas fábulas secúti notam fecimus vobis Dómini nostri Jesu Christi virtútem et præsentiam: sed speculatores facti illíus magnitudinis. Accipiens enim a Deo Patre honórem et glóriam, voce delapsa ad eum hujuscemodi a magnifica glória: Hic est Fílius meus diléctus, in quo mihi complacuí, ipsum audíte. Et hanc vocem nos audivimus de cælo allatam, cum essemus cum ipso in monte sancto. Et habémus firmiorem propheticum sermónem: cui bene facitis attendentes, quasi lucérnæ lucénti in caliginóso loco, donec dies elucescat et lucifer oriálur in córdibus vestris.

GRADUAL Ps. 44: 3, 2

Speciosus forma præ filiis hóinum: diffúsa est grátia in lábiis tuis. Eructávit cor meum verbum bonum: dico ego ópera mea Regi.

LESSER ALLELUIA Wis 7: 26

Allelúja, allelúja. Candor est lucis ætérnæ, spéculum sine mácula, et imágo bonitátis illíus. Allelúja.

GOSPEL Matt 17: 1-9

In illo témpore: Assúmpsit Jesus Petrum, et Jacóbum, et Joánnem fratrem ejus, et duxit illos in montem excésum seórsu: et transfigurátus est ante eos. Et resplénduit fácies ejus sicut sol: vestiménta autem ejus facta sunt alba sicut nix. Et ecce, apparuérunt illis Moyses et Elías cum eo loquéntes. Respóndens autem Petrus, dixit ad Jesum: Dómine, bonum est nos hic esse: si vis, faciámus hic tria tabernácula, tibi unum, Móysi unum et Elíæ unum. Adhuc eo loquente, ecce, nubes lúcida obumbrávit eos. Et ecce vox de nube, dicens: Hic est Fílius meus diléctus, in quo mihi bene complacuí: ipsum audíte. Et audiéntes discípuli, ceciderunt in fáciem suam, et timuérunt valde. Et accéssit Jesus, et tétigit eos, dixítque eú Surgite, et nolíte timére. Levántes autem óculos suos, néminem vidérunt nisi solum Jesum. Et descendéntibus illis de monte, præcépít eis Jesus, dicens: Némini dixéritis visiónem, donec Fílius hóminis a mórtuis resúrgat.

OFFERTORY Ps 111: 3

Glória et divítiae in domo ejus: et justítia ejus manet in sæculum sæculi, allelúja.

SECRET

Obláta, quæsumus, Dómine, múnera gloriósa Unigéniti tui Transfiguratióne sanctífica: nosque a peccatórum máculis, splendóribus ipsíus illustratiónis emunda. Per eúndem Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

(Commemoration of St. Sixtus II, Pope & Martyr, and Sts. Felicissimus & Agapitus, Martyrs)

Múnera tibi, Dómine, nostræ devotiónis offerimus: quæ et pro tuórum tibi grata sint honóre Justórum, et nobis salutária, te miseránte, reddántur. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

COMMUNION Matt 17: 9

Visiónem, quam vidístis, némini dixéritis, donec a mórtuis resúrgat Fílius hóminis.

POSTCOMMUNION

Præsta, quæsumus, omnípotens Deus: ut sacrosáncta Fílii tui Transfiguratiónis mystéria, quæ solemni celebrámus offício, purificáta mentis intellegéntia consequámur. Per eúndem Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

(Commemoration of St. Sixtus II, Pope & Martyr, and Sts. Felicissimus & Agapitus, Martyrs)

Præsta nobis, quæsumus, Dómine: intercedéntibus sanctis Martyribus tuis Xysto, Felicíssimo et Agapíto; ut, quod ore contíngimus, pura mente capiámus. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

INTROIT Ps. 76: 19

Illuxérunt coruscatiónes tuæ orbi terræ: commóta est et contrémuit terra. Ps. 83: 2-3. Quam dilécta tabernácula tua, Dómine virtútem! concupiscit, et déficit ánima mea in átria Dómini. Glória Patri et Fílio et Spíritui Sancto, sicut erat in principio, et nunc, et semper, et in sæcula sæculórum. Amen. Illuxérunt coruscatiónes tuæ orbi terræ: commóta est et contrémuit terra.

COLLECT

Deus, qui fidei sacraménta in Unigéniti tui gloriósa Transfiguratióne patrum testimónio roborásti, et adoptiõem filiórum perféctam, voce delápsa in nube lúcida, mirábiliter præsignásti: concéde propítius; ut ipsíus Regis glóriæ nos coherédes effícias, et ejúsdem glóriæ tribuas esse consórtes. Per eúndem Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

(Commemoration of St. Sixtus II, Pope & Martyr, and Sts. Felicissimus & Agapitus, Martyrs)

Deus, qui nos concédis sane in Mártyrum tuórum Xysti Felicíssimi et Agapíti natalítia cólere: da nobis in æténa beatitúdine de eórum societáte gaudére. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

EPISTLE 2 Peter 1: 16-19

Caríssimi: Non doctas fábulas secúti notam fecimus vobis Dómini nostri Jesu Christi virtútem et præsentiam: sed speculatores facti illíus magnitudinis. Accipiens enim a Deo Patre honórem et glóriam, voce delapsa ad eum hujuscemodi a magnifica glória: Hic est Fílius meus diléctus, in quo mihi complacuí, ipsum audíte. Et hanc vocem nos audivimus de cælo allatam, cum essemus cum ipso in monte sancto. Et habémus firmiorem propheticum sermónem: cui bene facitis attendentes, quasi lucérnæ lucénti in caliginóso loco, donec dies elucescat et lucifer oriálur in córdibus vestris.

GRADUAL Ps. 44: 3, 2

Speciosus forma præ filiis hóinum: diffúsa est grátia in lábiis tuis. Eructávit cor meum verbum bonum: dico ego ópera mea Regi.

LESSER ALLELUIA Wis 7: 26

Allelúja, allelúja. Candor est lucis ætérnæ, spéculum sine mácula, et imágo bonitátis illíus. Allelúja.

GOSPEL Matt 17: 1-9

In illo témpore: Assúmpsit Jesus Petrum, et Jacóbum, et Joánnem fratrem ejus, et duxit illos in montem excésum seórsu: et transfigurátus est ante eos. Et resplénduit fácies ejus sicut sol: vestiménta autem ejus facta sunt alba sicut nix. Et ecce, apparuérunt illis Moyses et Elías cum eo loquéntes. Respóndens autem Petrus, dixit ad Jesum: Dómine, bonum est nos hic esse: si vis, faciámus hic tria tabernácula, tibi unum, Móysi unum et Elíæ unum. Adhuc eo loquente, ecce, nubes lúcida obumbrávit eos. Et ecce vox de nube, dicens: Hic est Fílius meus diléctus, in quo mihi bene complacuí: ipsum audíte. Et audiéntes discípuli, ceciderunt in fáciem suam, et timuérunt valde. Et accéssit Jesus, et tétigit eos, dixítque eú Surgite, et nolíte timére. Levántes autem óculos suos, néminem vidérunt nisi solum Jesum. Et descendéntibus illis de monte, præcépít eis Jesus, dicens: Némini dixéritis visiónem, donec Fílius hóminis a mórtuis resúrgat.

OFFERTORY Ps 111: 3

Glória et divítiae in domo ejus: et justítia ejus manet in sæculum sæculi, allelúja.

SECRET

Obláta, quæsumus, Dómine, múnera gloriósa Unigéniti tui Transfiguratióne sanctífica: nosque a peccatórum máculis, splendóribus ipsíus illustratiónis emunda. Per eúndem Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

(Commemoration of St. Sixtus II, Pope & Martyr, and Sts. Felicissimus & Agapitus, Martyrs)

Múnera tibi, Dómine, nostræ devotiónis offerimus: quæ et pro tuórum tibi grata sint honóre Justórum, et nobis salutária, te miseránte, reddántur. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

COMMUNION Matt 17: 9

Visiónem, quam vidístis, némini dixéritis, donec a mórtuis resúrgat Fílius hóminis.

POSTCOMMUNION

Præsta, quæsumus, omnípotens Deus: ut sacrosáncta Fílii tui Transfiguratiónis mystéria, quæ solemni celebrámus offício, purificáta mentis intellegéntia consequámur. Per eúndem Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

(Commemoration of St. Sixtus II, Pope & Martyr, and Sts. Felicissimus & Agapitus, Martyrs)

Præsta nobis, quæsumus, Dómine: intercedéntibus sanctis Martyribus tuis Xysto, Felicíssimo et Agapíto; ut, quod ore contíngimus, pura mente capiámus. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.